



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Iudicis immanitas & exitus infelix. n. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

interrogat num sit Sacerdos? Vt prudentia est nil directe in hoc genere sed circuitione quadam dicere, tum ne Catholici vltro prodi videantur apud quos latuere Sacerdotes, tum ne quis sui accusator in rebus qua recta fidem non tangunt, accessuile mortem atque attraxisse videatur, respondet *Edmundus*, "Vtinam lanè Sacerdos essem! Ita est (inquit Iudex) Proditor hic non est, sed optat esse; Hocque ipsum te reum facit.) cum id negaret *Edmundus*, & esset de re contentio, per opprobrium obijcit Iudex ignorantiā incitiamque nihil etiam ab illo in medium afferri posse quo Religionem fidemq̄ tuam tucatur." At si experiri in animo est (subiicit Sacerdos) dilputationem non detrecto, paratus, quocunque oppugnante, defendere vnam Catholicam veram esse & solam salutarem, cetera quæ nunc per Angliam sparguntur dogmata nullo niti fundamento, idque meo sanguine consignabo.) Et alter, "Consignabis enim uero; faciam enim ut viuus spiransque tua ipse viscera igne torri confipias; neque vrbe discedam antequam caput in pertica, membra in vrbis portas distributa videam) cumque saepius iteraret verbum *Moriere*, "Et tibi (inquit) Domine mi scito esse moriendum.) Tum lecta de more Schedula, qua Sacerdos & Iesuita, & aliorum seductor pronunciabatur, res ad duodecim iuros delata est; qui paucis & occulte auditis testibus reum confessum edixerunt. *Edmundus* (quod iure optimo poterat) poscit testes produci, & palam dicere testimonium; quod cum nequaquam concederetur suspicio in vulgus fuit instructos fuisse & subornatos, nihilque certæ probationis afferri potuisse. Vinculis tamen annulisque tam grauibus onustus ut leuare vix posset pedem ductus seorsum, se uero cum mandato ne quis eum alloqui permitteretur, postremam operitur sententiam; quâ coram deinde pronunciata, procumbens in genua clara voce exclamat Latinè primum, tum Anglicè *Deo Gratias*; ferramenta vectelque tam immensos iubente Iudice induerat, vt cum abeundum fuit à comitio, sustentari debuerit & gestari; Ille vero Psalmum *Miserere letus de via decantans*, ad omnem crudelitatem experiendam parabat se, neque defuere quæ patretur; nam octo & quadraginta prope horas in arcto obscuroque gurgustio occlusus iacuit, vel sedit potius, cum iacentem locus non caperet, multam mille florenorum imposita excubitoribus si quemquam ad illius colloquium admitterent. Moris est, prolatâ sententiâ, vt reo non inferatur supplicium nisi obsignatis tabulis fiat potestas Magistratui eius loci, Iudice qui cause præcerat subscrivente: Hic mira fuit tergiversatio: Altero enim Iudice, qui senior erat, abnuente, noluit etiam iunior Yeluertonus subscrivere; itaque cum Magistratus sine tabulis exequi sententiam recusaret, de novo modo initur consilium ut, non sedente Iudice tali, vt olim, sed sedente scriberetur curia, & *Ordinatum per curiam*. Pudet nimis facinus consciens pigetque facti, & Conscientiâ vel Deum vel homines exhorre- sciente Auctores videri nolunt eorum quæ maximè faciunt.

XII. Moriendum nihilominus iusto fuit: Cui tragœdiae quartam

1628.

quam paucissimos interesse cupierat Iudeus , atque ea propter anticipato die , summo mane , vel sub horam prandij peragendam statuerat , infinitus tamen factus est concursus hominum ut spectarent . A tertia ad quintam feriam federat in ergastulo ; Tum crati impositus obuerlo ad caudam equi capite (contra quam in similibus soleat fieri) ductus est , de charta , quam manu tenebat , lcriptas qualdam percurrentes voce & mente preces . Cum ventum est ad supplicij locum , non ad stabiendum sed ad infirmandam Martyris constantiam miler Ministellus , tanquam Cacodæmonis minister , " Ecce , inquit , instrumenta supplicij , laqueus , patibulū , fornax , cacabus , culter ; his lacerandus , his exurendus es nisi legibus parendum iudices , & misericordiā utaris Regis .) Cui Martyr subridens , " Ne quælo Domine mi , Tentatorem hic agas tu . Misericordiam ego ē Cœlo , non aliunde , expecto : Spes mea in Christi passione & morte sita est : Hunc rogo obsecro que ut hac me dignum morte faciat) Tum ad pedem scalæ postquam nixus genibus ad quartam horæ partem orasset ; gradum exculcans concidit , rogarq; Catholicos presentes uti secū & pro se orent hoc in ultimo & maximi momenti certamine . Pseudo vero Verbi Ministro replicanti nemine Catholicū adesse , le verò oraturum ; Nequaquam inquit , " Neq; enim tuas ego preces volo , nec te secū precari , aut negotiū aliquid habere : si non est isthic , ut ais , quisquam Catholicus , Ego sane tot mortes oppetere opto quot hic sunt homines , ut omnes sint Catholici) Tum pro Rege , pro patria , pro persecutoribus orans , quōd in scalam altius ascenderat , eo voce contentiore rogabat omnes ut morte hæc suā non ad terrorem , sed ad constantiam vterentur : moris e Romano-Catholicum ; in ea Ecclesia sola salutem obtineri posse ; proinde animæ salus ipsis curæ esset (quā nihil nos tangit proprius) ad eam se Ecclesiā aggregarent . Cumque le ad orandum compoluisset , accedens rursus tentator : " Rogo te , inquit , Domine , vttere Regis benignitate , dic , iurare te velle verbis visitatis fidelitatē , vel preces nobiscū iungere , & viues ; Opto ego ex animo ut velis viuere , Adeft qui ista tibi offert modo velis , dico te velle .) At ille attollens oculos , & vultu severiore quasi rei indignitate piè commotus , " Falleris , inquit , Non ego is sum quem existimas ; absit à me talis cogitatio ; nulla conditione ; nullo modo tibi assentiri aut possum aut volo : Amplectimini vos potius Catholicam fidem ; veniet dies quando hoc unicum erit vobis solatum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fuisse subditos) Tum rursus orans , cum quidam ē populo clamarent Tolle , deiectus de gradu peperdit , hoc extrellum ore efferens , Bone Iesu .

Hic exitus fuit viri qui à natura , & ab industria consecutus fuerat illa quæ perfectum in vinea Domini operarium commandant ; & videri potuit à Deo ad hunc gloriosem finem à primo tempore referuatus ; nam Duaci cum studeret & gradum in Artibus & Theologia adeptus esset , bis mortem postquam fuisset inunctus euasit : Proditus deinde ab eo quem ab incestu reuocato studuerat , & primus sub Carolo Rege Sacerdotij nomine postulatus ,

pridie

pridie decollationis Sancti Ioannis Baptistæ coronatus est; cui etiam similiorem reddidit Iudicis atrox crudelitas: steterat enim interea dum supplu-
cium lumeretur è sublimiori cubiculi contignatione prospiciens quod pro-
cul agebatur; peracto vero suppicio iussit measæ cibos inferri tanquam tri-
umphum dere bene gesta agens, & iurisurandi parte exoluta: Altera restabat pars ut Caput & membra certis locis affigerentur. Hæc antequam di-
stribuerentur domum allata atrectans inhumanâ barbarie comparasse di-
citur cum captorum venatione ceruorum membris, quæ tum forte doho illi
offerebantur, & ad complendam immanitatem vrbe egrediens, & equum
quem insidebat circumagens cum caput conspexisset in pertica, voluit cu-
bitis aliquot altius erigi ad exemplum; nesciens futurum etiam se alijs
exemplo ut cauerent quas causas & quam iustè tractent: Famâ enim sat con-
stanti ferebatur Anno vix expleto cœnanter sensisse in ceruice quasi ictum
pugni; de quo quando cum famulo ponè (ut assolet) stante iracundius expo-
stularet, & is nihil se fecisse aut vidisse diceret, secundò percussum expauit; dela-
tus à Cœna ad cubile prima luce repertus est cù morte colluctans, neq; vidi-
t velperâ: quam dispari ab Edmundo mercede proclive est cuique existimare.
Etenim qui proximè eadem in Prouincia eandem mortis aleam Sacerdotij
causa subiuit D. Ambrofus Barloe Sancti Benedicti Monachus hæc ad fra-
trem suum R.P. Rudisindum Barloe Duaci commorantem scripsit è carcere:

Martyris
de Martys
re testimoni-
num,

*Arbitror me passum (Ita vulgo loquimur cum de morte violenta est ser-
mo) nā Dominus Bradshawe (quo nomine Edmundus quandoq; ad dissimu-
lationem vtebatur) is qui ultimò passus est Martyr, ea nocte quæ secuta est
passionem ipsius, cum ego penitus ignorarem quod passus esset, stans ad la-
tus lecti mei ita mibi estlocutus. Ego passus sum, & tu iam debes pati; vide
vt pauca loquaris; conabuntur enim te in verbo capere. Hæc Martyr de
Martyre: Feiices animæquæ tam beato fine labores hic suscepitos coro-
natunt. Aliorum nunc gesta perpessioneque percurramus.*

XIII. Pseudo Antistiti Vigorniensi plures fuere proles, quas in
eadem secum hæresi ab incunabulis diligenter instituendas curauerat: Quæ
tamen Dei est benignitas ex filiabus una Catholicam fidem amplexa multis
exemplo fuit pietatis & constantiae. Huius frater natu maximus, vir omnium
flagitorum cœno immeritus ex morbo impurissimo ad extrema deuen-
terat. Verâne ac factâ tactus Religione fororem de eius salute mire sollici-
tam rogat obtestaturque non semel ut Sacerdotem acerlat, cupere le vehem-
enter Catholicè emori: Illa nè fratri periclitanti in re tam necessaria defen-
set aduocat ex Nostris vnum, qui totius vitæ accepta confessione, pane et
iam cœlesti ægrum refecit: secundò redijt aliquanto post ad nouellam plâ-
tam ijdem Sacramentis confirmandam: Rogatur tertio ut accedat:
At interim aperuerat infelix Parenti rem uti gesta erat: tenduntur insidiæ;
capitur Sacerdos; Pseudo Antistiti sistitur, & recusato (quod fidelitatis vo-

Guilielmus
Anderstorff
catur,

Nnn

cant